

ut refert Cafarubias in compendio Privilegio- rum Mendicant. verb. Appellare: ubi etiam adducitur alia constitutio Gregorii XIII. motu proprio rigide talem appellationem mi- noribus prohibens; ita etiam Peyrinis de sub- ditio, quest. 1. cap. 20. §. Dico quartè, M. Lezana tom. 1. cap. 9. num. 4. Imo tales Regulares ap- pellantes ad tribunalia secularia incurrunt in censuras Bullæ Cœnæ, ut tenent Mirand. Rodrig. & alii cum Bordonio num. 2. Refol. 94. nam. 27. & Suar. tom. 3. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. num. 13.

Hic tamen loquimur de appellatione pro- prie dicta, quia ut docent Fuscus, & Valascus, Zevallus, Bobadilla, quos citat, & sequitur Portel, in addition. ad dubia num. 3. Ubi etiam dicit hoc esse de mente Suarii; nam si Reli- giosus notabiliter sit gravatus, & non datur appellationi locus, sive quia talis appellatio non admittitur, sive quia superior ad quem recurrendum sit, non adest, vel longè distat; tunc potest recurrere ad Principem sæcula- rem, Præregem, seu Governatorem, non per modum appellationis tanquam ad judicem legi- tumum, sed per modum querelæ, ac prote- ctionis querendæ, ut tantum gravamen, ac malum evitetur, & ut etiam cohibeat Præla- tum injustè sævientem, & hoc præter Docto- res citatos tenent Magister Anton. de Souza in Bullam Cœnæ, cap. 15. disp. 78. n. 2. Delbene tom. 2. cap. 9. dub. 6. sect. 1. num. 13. Et hoc vi- deo esse in praxi in Portugalia, ac Hispania.

Probatur, quia non est novum in jure Ca- nonico, ut ad Principem sæculem fiat recur- sus pro gravamine Ecclesiæ factò, nam cap. filiis, vel nepotibus 16. quest. 7. Disponitur, ac definitur, quòd quando Ecclesiastici, Episco- pi, vel Metropolitanæ bona Ecclesiæ dissipaverint, ac defraudaverint, hoc deferatur ad Regem, ubi Glossa, verb. Regis, ait id facien- dum esse, ut Rex Ecclesiasticum corrigat; quia per Ecclesiasticum judicem corrigi non potest, juxta cap. Petimus, 11. quest. 1. Deinde quia jus Pontificium non derogat jus natura- le, jus autem naturale præcipit ut quis de- fendat innocenter oppressum, ac vexatum, imò & tenetur si defendere potest; quòd vi- detur habere locum in præsentis casu per res- pectum ad Principem.

Dico secundò, quòd Regulares possunt ap- pellare ab aliis superioribus non regularibus, verbi gratia, ab Episcopo eos puniente in casu permissio, verbi gratia, si Religiosus absque licentia sit vagabundus extra claustrum, juxta Concilium Trident. sess. 25. cap. 4. de Regula- ribus. Ita tenet Pellizar, tract. 6. cap. 7. num. 57. Et probatur, quia jura, quæ prohibent Re- gularibus appellationem, agunt tantum de appellatione à Prælati Regularibus, & inde non sunt extendenda ad alios superio- res, cum hoc sit res odiosa non solum Religiosis in particulari, sed etiam univer- sã Religioni, ut est manifestum. Deinde rationes, ob quas appellatio prohibita est Religiosis, æqualiter non militat quoad alios superiores, ut consideranti patebit, & ubi non militat eadem ratio, non stat eadem juris dispositio.

Ex quibus sequitur, quòd prohibitio non appellandi comprehendit moniales, si sint sub-

jectæ Prælati Regularibus; secus si sint sub jurisdictione Episcopi; & ratio diversitatis constat ex proximè dictis, quia jura tantum prohibent à Prælati Regularibus: atqui ta- les superiores monialium exemptarum verè sunt Prælati Regulares; ac proinde ab eis ap- pellantes comprehenduntur in citatis juribus. Quæ ratio non habet locum quoad Episcopos, cum ipsi non sint Prælati Regulares diximus quoad alios Religiosos exemptos.

Dico tertio: Regulares etiam gravati non solum non possunt appellare ad tribunalia secularia, sed etiam nec Ecclesiastica, verbi gratia, Episcoporum, quibus non subduntur. Ita Valentia, Sotus, Rodriguez, & alii, quos citat, ac sequitur Lezana verb. Appellare, n. 6. Et probatur, quia nemo potest appellare nisi ad suum superiorem; non est autem superior, nisi ille, qui habet jurisdictionem respectivè; at talia tribunalia etiam Ecclesiastica, ut Episco- pi, verbi gratia, nullam habent jurisdic- tionem in Religiosos, utpote exemptos, ut sunt fere omnes; ergo nullus est ibi locus ap- pellationi, quæ non solum est invalida, sed etiam prohibita sub excommunicatione ipso facto incurrenda, in quam incidunt Regula- res ad tales etiam suos conservatores ap- pellantes ex constitutionibus Bonifacii IX. Leo- nis X. apud Confertium in collectanea Bullar. Leonis X. num. 10. Adverto tamen, quòd per hoc non tollitur, quominus Religiosus possit recurrere ad Prælatos Ecclesiasticos, non ad petendam actionem juridicam, sed intercessio- nem, ut Prælati cum justo moderamine se habeat.

Dico quartò, quòd Religiosus gravatus à suo Prælato contra formam regulæ ac suarum constitutionum valide, & licite potest ap- pellare ad suum superiorem Provincialem, vel Generalem, & etiam ad Papam, vel Nuntium. Hæc conclusio satis probata est, quæstione antecedenti propria enim defensio est de jure naturali, ne innocens pereat; si verò aliqua Religiones, ut Cistercienses habent indulta Pontificia, quibus sub pena excommunica- tionis prohibentur appellare à suis Prælati, etiam ad Papam, vel ejus legatum, hoc in- telligitur de appellatione frivola, & sine fun- damento, ut eadem quæstione antecedenti est explicatum.

QUÆSTIO VI.

De Tuitivis, ac appellationibus ad judices Coronæ ut vulgo dicuntur?

SUMMARIUM.

- 35 Quid sit Tuitiva, & cui spectet illam concedere.
36 Prima sententia negativa.
37 Affirmant aliqui.
38 Praxis Regni Lusitania, nec exemplum ad- ductum ab adversariis aliquid probat.

Tuitiva datur ex mera gratia, & est in- stituta ad depellendam injuriam, & gravamen illorum Regis subditis, Proprium enim

33.

Valentia. Sotus. Rodrig. Lezana.

Bonifac. IX. Leo X. Contrarius.

34.

Gregor.

Peyrinis. Lezana.

Miranda. Rodrig. Bordon. Suar.

29. Fuscus. Valasc. Zevallus. Bobadilla. Portel.

Souza. Delbene.

30.

Cap. filiis.

Glossa.

C. Petimus.

31.

Trident. Pellizar.

32.

quos sub restitutione acceptare justam ap- pellationem, ac querelam subditi.

Cabedo. 36. Azor.

Suar.

Barbosa. Delbene.

37. Fr. Anton. ab Spiritu S.

Oliveci.

38.

Praxis. Lusitaniz.

enim Regum est ex jure naturali occurrere violentiis, ac excessibus suorum vassallorum, talesque excessus, reprimere, suosque tueri, ac custodire. Ita Cabedo part. 1. disp. 76.

An talis modus defensionis per tuitivam liceat Regularibus, dubitatur, negant Azor. part. 1. lib. 5. cap. 12. vers. ex dictis cum sequen- tibus; Suarez lib. 4. contra Regem Angliæ, cap. 34. num. 34. & alii, quos citant, ac sequun- tur Barbosa in collectan. Doctorum, ad cap. Ec- clesiæ Sanctæ Mariæ de constit. & Delbene tom. 2. cap. 9. dub. 6. sect. 1. num. 23. Talis enim recursus ad judices coronæ maximè videtur repugnare cum libertate Ecclesiastica, & hoc revera est recurrere ad tribunalia secularia, quod maximè est prohibitum, ut patet ex su- periori quæstione.

Magister Fr. Antonius ab Spiritu sancto in directorio, tom. 2. tract. 3. disp. 6. sect. 3. §. 6. n. 777. ait: Hunc modum defensionis quem tuitivam vocant, vidimus his nostris temporibus in Ro- mana Curia approbatum in judicio contra- dictorio in causa cujusdam tuitivæ, quam Fra- tres Provinciæ Matris Dei in Indiis Orienta- libus impetrarunt adversus suum commissari- um pro defensione creationis novæ Provin- ciæ, in quo casu Romæ fuit judicatum tuiti- vam licite fuisse impetratam à judice seculari Regiæ Coronæ, & validam fuisse, ut testatur Fr. Emmanuel à monte Oliveci in practica Re- gulari part. 2. art. 7. num. 495.

Praxis tamen hujus Regni est accedente Regio Decreto Regis Joannis I V. in pleno Senatu, vulgò, Rolacam, die 7. Octobris 1651. ut Religiosus particularis, ob penitentiam im- positam à suo Prælato, & ab eo appellans, & recurrans ad judices Coronæ non admittatur, nec ei concedatur tuitiva, quia hoc est ap- pellare à disciplina regulari, quod maximè jura intercludunt, maximeque repugnat libertati Ecclesiasticæ; decori, ac auctoritati Religio- nis suæ, cui unusquisque ex omni jure tenetur consulere, ac attendere, illud autem quod dicitur de tuitiva adversus commissarium pro defensione creationis novæ Provinciæ, non facit ad rem; quia talis tuitiva adversus Præ- latum non fuit ob disciplinam regularem, nec ob penitentiam ab ea impositam, sed ob con- servationem, & integritatem suæ Provinciæ, ne divideretur, quòd ex multis capitibus po- terat repugnare Religionis bono, & hoc in- terveniente bene possunt Religiosi appellare, ac recurrere ad judicem Coronæ, à gravami- ne factò à judice extraneo sive seculari, sive Ecclesiastico.

QUÆSTIO VII.

An subditus injustè gravatus teneatur appellare ad superiorem, & an etiam superior teneatur acceptare talem appellationem?

SUMMARIUM.

- 39 Cum de bono fama, ac honore agitur, tene- tur Religiosus sub mortali appellare.
40 Superior tenetur sub mortali, imò juxta ali-

Quæstio duas habet partes: & prima in- quirat, an Religiosus injustè gravatus à suo superiori teneatur in conscientia ap- pellare, cum existimet appellationem futuram esse utilem vitæ suæ, famæ, honori, vel auctorita- ti suæ. Resolutio affirmativa colligitur ex Sa- las. laz de leg. disp. 15. sect. 7. num. 93. & hi adha- ret Baldel. lib. 5. disp. 44. num. 34. Et ex eo hoc fit manifestum, quia non debemus prodigere vitam nostram, nostramque famam, ac hono- rem; ex quo dixit D. Augustinus libro de bono viduitatis, cap. 22. Contentiam nostram esse necessariam nobis famam proximis; ac proin- de crudelem esse, qui propriam famam con- temnit. Et hoc fortius militat, si dicamus quòd nostra fama necessaria est bono com- muni, vel alicui familiæ, quia tunc non solum de nostro, sed de aliorum damno agitur.

Secunda pars quæstionis est, an superior teneatur admittere appellationem, quam inferior juxta querelam interponit? Respondeo teneri sub peccato mortali; imò & sub resti- tutione parti læsæ, vel facere inter partes compositionem. Ita Decius, & Francus, c. Decius. de Priore de appellation. B. c. quasi. 253. num. 3. Navar. in manuali, cap. 25. num. Rodriguez tom. 1. quest. 29. art. 4. Probatur; quia judex, vel superior tenetur ex officio adesse suo inferiori justè, & debite ad eum confugienti, aliàs no- tabile damnum ei infert.

QUÆSTIO VIII.

Quosnam effectus producat Appellatio? SUMMARIUM.

- 41 Explicantur duo effectus appellationis, & Ordinationes Regni Lusitania.
42 Si verò judex non admittit appellationem, quia frivola, an valeat procedere?
43 Praxis Religionum, Prælati procedit.
44 Valdè probabile jure Canonico, quòd appel- latione frivola non impediatur jurisdictio judicis à quo.

Interposita appellatione duo producuntur effectus, primus devolutivus, quo cogno- tione causæ ad judicem ad quem devolvitur, cap. delictis, cap. ut debitis de Appellat. Secun- dus est suspensivus, quo sententia suspen- ditur, non tamen extinguitur, cap. venientes de jurejurando: ex quo procedit, quòd ratio- ne prioris effectus litigans eximitur à jurisdic- tione judicis à quo quantum ad illam cau- sam, & subicitur judici ad quem, cap. ad audientiam de appellationibus. Sic etiam ratio- ne secundi effectus, ligantur manus judicis à quo, totaque ejus jurisdictio suspenditur absque alia inhibitione, ita ut appellatione pendente nihil valeat innovare: de quo latè Sanchez lib. 3. consiliorum, cap. unico disp. 22. nu. 27. Hocque, explicat aliquibus limitationi- bus adhibitis. Tamen nostræ Regiæ Ordina- tiones Lusitaniz lib. 3. tit. 73. Statim in prin- cipio, disponunt quòd interposita appellatio- ne,

39.

Baldel.

40.

Decius. Francus. Navarr. Rodrig.

41.

C delictis.

C. ut debitis. C. venientes.

sanchez.

ne,

De, quod iudex ulterius non procedat, & Emmanuel Barbosa multos Doctores citat pro hac parte.

42. An vero quando appellatio interponitur iudici a quo, & ipse eam rejicit, & non admittit, quia ipsa appellatio evidenter est frivola, & inutilis, & tantum imponitur ad prorogandam, & implicandam litem, ejus jurisdictionis sit suspensa, maxime dabitur, quia fraus; & dolus nemini suffragatur. Et late tractat Oliva, tom. 1. part. 1. quast. 17. n. 5. & 10. ad 14. & circa appellationem frivolum adducam aliqua juris loca ad finem hujus questionis, & quo ad iudicium seculare, quidquid sit de hac materia, quae est multis implicata.

43. Quoad Religiosos vero, communis & universalis praxis inter Religiosos est, ut Praelatus non admittens appellationem subditi ultra procedat, verbi gratia, sit una electio, unus ex capitulo reclamans, & appellat ab electione, praesidens non admittit appellationem, electus perseverat in suo officio, quo usque electio revocetur, & annulletur a superiore. Vel Praelatus dat poenitentiam subdito, & ipse subditus appellat; praelatus non admittens licite compellit subditum ad implere poenitentiam. Et ratio est, quia in Religione non servantur apices juris. Deinde quia appellatio maxime est odiosa, & prohibita Regularibus, tum ex jure, tum etiam ex Constitutionibus summorum Pontificum, ac etiam ipsarum Religionum, ut supra dixi in hoc cap. 9. in limine, & solum inter Doctores admittitur interveniente manifesto gravamine contra regulam, vel Constitutiones Religionis, ergo quamdiu non constat de hoc manifesto gravamine ex sententia superioris, appellatio cum sit prohibita Regularibus, inter eos non admittitur.

44. Tertio Praelatus Regularis ex eo non admittit appellationem, quia eam iudicat frivolum, & inutilem, ut est Textus expressus; cap. cum de appellationibus, de appellat. in 6. Rodriguez, tom. 2. quast. 53. art. 10. Zarola, Menoch, quos citat Barbosa ad citatum Text. & pures alios citat Langarot, de Attentata Appellat. limit. 6. num. 1. Est etiam textus manifestus, cap. sum speciali 61. de appellationibus apud Decretales, §. Porro. Ubi Pontifex ait: Cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad praesidium innocentiae institutum. Et inde quod appellatio frivola non sit admittenda, tenent Layman, citatus, quast. 1. num. 2. Lezana, verb. appellationum. 2. Quod inde mihi est probabile, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur.

QUESTIO IX.

An Appellatio suspendat sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti?

SUMMARIUM.

- 45 Triplex questionis status.
46 Distinctione utendum, si appellatio est ante,

vel post sententiam.

37 Potest fieri appellatio a publicatione, ac denuntiatione sententiae.

48 Apud Religiosos appellatio sive fiat ante, sive post sententiam non suspenditur executionem.

45. P Rius loquemur in hac quaestione de appellatione, quae fit inter saeculares, vel de illa, quae fit a Regularibus coram iudice saeculari, & postea erit sermo de illa, quae fit inter ipsos Regulares.

46. Dico primo loquendo de appellatione in primo, & secundo sensu, distinctione esse utendum; vel appellatio antecedit has sententias & ita appellatio eas suspendit; ita ut si post appellationem ferantur censurae, sint nullae, ac nullius vigoris, quamvis talis appellatio non admittatur a iudice a quo, ne litigans suam appellationem prosequatur. Adferendas enim tales sententias, requiritur iudicium expedita, & non per appellationem ligata. Et idem dicendum est, si talis sententia feratur sub conditione, & appellatio interponatur ante conditionem impletam, cap. Praeterea 2. C. Praeterea de appellat. vel secundo appellatio interponitur post praedictas sententias, & tunc non suspendit, nec tollit affectum, sive quia praedictae sententiae cum sint spirituales, trahunt secum effectum, cap. Pastoralis §. verum de C. Pastoralis Appellationibus: Sive ut ait Peyrin. de Delict. Peirin. subditi quast. 1. cap. 20. §. unde. Quia tales nullum effugium habent ad censuras evitandas. Ita Sanchez lib. 3. consilior. cap. unico disp. 3. Sanchez. num. 246. Pellizar. tom. 1. tractatu. 6. capite 7. Pellizar. num. 27.

47. Cum hoc tamen secundo casu bene fiat, quod possit subditus appellare, a declaratione, seu denuntiatione excommunicationis, aliarumque censurarum, ne scilicet excommunicatus denuntietur, ac publicetur &c. Et tunc si denuntietur, denuntiatio nullius vigoris erit; quamvis delictum, ob quod excommunicatio profertur, sit publicum, & notorium, Ita deducitur ex citato cap. Pastoralis, ut bene expendunt Henriquez lib. 13. cap. 16. num. 2. litera M. & Sanchez proxime citatus.

48. Dico secundo, In tertio sensu questionis prout appellatio profertur inter Regulares, quod licet appellatio antecedit, vel subsequatur sententiam excommunicationis latam a superiori Regulari erga suum subditum excommunicatio tenet, donec a superiori annulletur, ita tenet communis praxis Religiosorum, ac proinde si Praelatus praecipit subdito ut obediat inter viginti quatuor horas, & hoc subditus non facit; quamvis appellet, valide eum declarare potest excommunicatum donec a superiore revocetur, & hoc patet ex proximè dictis in fine superioris quast. & ratio est, quia appellatio est maxime odiosa, & prohibita Regularibus cum sit a disciplina regulari, & solum in raro casu evidenter gravaminis admittatur, & quando hoc non declaratur a superiori, censura lata a Praelato inferiori tenet. Vide finem antecedentis quast. & semper standum est iudicio Praelati, donec a superiore aliud non declaratur.

QUESTIO X.

Explicatur appellatio frivola, quae etiam non datur, nec a lege, nec a iudice.

SUMMARIUM.

- 49 Quid sit appellatio frivola.
A lege, vel poena illius non datur appellatio. Ibidem.
50 A iudice excoctore non datur nisi excedat modum.
51 Iudex excoctore sciens sententiam injustam, vel habere intolerabilem errorem exercendo peccat.

49. Rodrig.

49. A Ppellationem frivolum explicat Rodriguez tom. 2. quast. Regular. quast. 53. art. 10. ex Innocentio, Geminiano, Joanne Andraza, Hostiensis, & ex aliis Doctoribus esse illam, cum quis appellat sine causa, ut cum quis appellat non gravatus: vel est illa, quae est vana, & inanis, vel quae nullum potest fortiri effectum. Adde etiam, quod injusta est appellatio, quae fit a lege, seu poena legis, juxta Panormitanam super cap. fin. de Constitut. ubi quod ab statuto non potest appellari, ut late probat Miranda in Ordine iudiciario, quast. 30. art. 9. conclus. 3. Et ratio est: quia nemo potest appellare nisi a gravamine sibi illato, vel comminato, lex autem, seu statutum neminem gravat per suam dispositionem.

50. C. Consul.


50. Est etiam appellatio frivola, & inepta, quae fit a mero iudice excoctore, nisi modum executionis excedat. Ut habetur cap. quoad consultationem de re iudicata, & cap. sub illo 2. quast. 6. §. sunt quorum, & per alios multos textus citatos a Glossa in cap. Pastoralis de officio, & potestate iudicis Delegati, §. si sciat. Indequè notatur, quod merus excoctore non potest exceptiones admittere, nec de eis iudicare, eique tantum committitur Decreti executio, ut docent Abbas ibi a num. 3. Cardinalis quast. 8. Felinus a n. 16. Covar. Pradictar. cap. 16. num. ultimo.

Abbas, Cardinal. Felinus, Covar. § 1.

Notandum tamen est ex Glossa §. scens si sciat illam nullam esse, quod merus excoctore non tenetur, nec iuste potest sententiam notorie injustam, & consequenter continentem nullitatem, vel intolerabilem errorem exequi. Et hanc Glossam sequuntur hic Abbas num. 2. Imola num. 4. ubi dicit ab omnibus approbatam, Felinus in cap. de castro, §. column. infra. de re iudicata, Gratiano, Azevedo, Bellug. Navar. Roland. Salzedo, Menochius, ac alii, quos citat, ac sequitur Barbosa in dicto cap. Pastoralis, num. 14. Quod confirmatur ex doctrina D. Thomae 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. ubi docet, quod eo nomine peccabant Martyrum carnifices, ex eo quod sententias intolerabilem errorem, & notoriam injustitiam continentem exequantur.

Glossa, Abbas, Felin. Gratian.

D. Thom.



RESOLUTIO XII.

Arma.

QUESTIO PRIMA.

Quinam sint Religiosi quibus prohibetur arma tenere inter septa Monasterii, & sub qua poena?

SUMMARIUM.

- 1 Quid intelligitur per septa Monasterii, & quid per arma prohibita.
2 Prima opinio de omnibus Religiosis procedit.
3 Solum excommunicatio comprehendit Monachos nigros, & non alios.
4 Qui habet arma ex ignorantia, non ligatur censura, nec qui veniens ad conventum statim admittit. Ibid.
Qui tenet arma in alio Monasterio, non ligatur. Ibid.
Si Praelatus sit nimis durus, subditus non potest tenere arma. Ibid.
Haec excommunicatio non est reservata. Ibid

1. T clarè, & distinctè procedamus; in limine quaestiones inquirendum est, quid per septa Monasterii, & quid per arma intelligatur in praesenti. Per septa Monasterii intelligitur totum illud spatium; extra quod non licet exire, sine Abbatis licentia. Secundo per arma denotantur arma bellica ad pugnam; ad defensionem instituta, ut lapides, ligna, baculi, ac gladioli ad mensam non veniunt sub praesenti prohibitione. Ita tenent Navarrus cap. 27. n. 139. Suarez, vers. 37. Suarez de censuris, disput. 23. sect. 5. n. 8. Fillucius tract. 14. cap. 8. quast. 6. n. 142. Sayrus. Sayro de censur. lib. 3. c. 34. Unde dicunt prohibita sunt gladii, lanceae, sclopi, tormenta & nea, galeae, &c.

2. Quaestio praesens, est, quia Pontifex in Clementina prima de statu Monachorum cap. Ne in agro, §. Quia vero, ad finem, ait: Praefata quoque sententia (scilicet excommunicationis) Monachos inter septa Monasteriorum sine licentia Abbatum suorum arma tenentes decernimus subjacere. Quinam sint illi Monachi; esse omnes Religiosos, sive Monachos nigros, sive alterius Religiosis, & habitus, tenent Sylvester, Tolestus, Sayro, quos citat, ac sequitur Bonacina cap. de excommunicatione extra Ballam, disp. 2. quast. 8. punct. 16. num. 6. ad finem: nam Textus generaliter loquitur de Monachis, ac proinde generaliter ac sine distinctione est intelligendus.

3. Dico in hac re cum communi & vera sententia, quod solum in hac excommunicatione incidunt Monachi nigri, seu D. Benedicti, qui sine licentia sui Praelati tenent intra septa